

## STENOPELMATIDI

RACCOLTI DA L. BIRÓ NELLA NUOVA GUINEA.

Pel D<sup>e</sup> ACHILLE GRIFFINI.

Nel mese di ottobre 1911 mi venne spedita in esame, dalla Direzione del Museo Nazionale Ungherese, una bella serie di Stenopelmatici non ancora determinati, stati raccolti dal benemerito Sigr. L. BIRÓ in diverse località della Nuova Guinea.

Grato alla Direzione di codesto Museo, che volle a me affidarne lo studio, mi applicai alla classificazione di quegli Stenopelmatici di cui quelli determinabili mi risultarono appartenenti a tre distinte specie. Di queste credo non andar errato descrivendone quì due come nuove; la terza poi non è meno interessante, poichè, descritta nel 1897 dal BRANCSIK secondo un unico esemplare, rimase in seguito sconosciuta ad ogni altro autore e persino dimenticata nel Catalogo di KIRBY.

Delle tre specie in discorso ho potuto vedere un discreto numero di esemplari ♂ e ♀, ciò che mi permette di stabilirne con sufficiente chiarezza i caratteri diagnostici e di indicarne pure alcune variazioni. La scoperta di una seconda specie del mio recente genere *Papuaistus*, mi dà modo di completare la definizione di questo e di mostrare le sue affinità col genere *Anostostoma*. L'osservazione fatta su parecchi esemplari delle due specie del genere *Rhaphidophora* mi concede di porre in evidenza la considerevole mutabilità di certi loro caratteri.

Infine devo esprimere la mia riconoscenza al Museo Nazionale Ungherese che generosamente volle donare alla mia collezione alcuni duplicati.

## Subfam. ANOSTOSTOMATINAE.

## Gen. PAPUAISTUS GRIFFINI.

(1911. *Grillacr. e Stenopelm. raccolti nella Nuova Guinea dal prof. L. Schultz*: «Redia» Vol. VII, fasc. 2, Firenze, pag. 347—348.)

Questo genere fu da me recentemente stabilito per la nuova specie *Papuaistus Schultzzei* GRIFF., descritta nel lavoro sopra citato secondo

due esemplari tipi, ♂ e ♀, appartenenti al K. Zoolog. Museum di Berlino, e stati raccolti a Sepik, nella Nuova Guinea.

Ne trovo ora una seconda specie congenere nelle collezioni del Museo Nazionale Ungherese. Questa mi obbliga a modificare in parte alcuni caratteri diagnostici che ho dati nella descrizione del genere. Le modificazioni da introdursi nella diagnosi sono le seguenti:

«Femora 4 antica subtus inermia. Femora postica subtus inermia vel spinulosa. Femora antica lobis genicularibus muticis vel lobo interno spinula subapicali armato. Femora intermedia et postica interdum lobo geniculari externo seu antico mutico, lobo interno spinula acuta armato, interdum lobis genicularibus ambobus spinula instructis, spinula lobi externi subapicali, spinula lobi interni apicali.»

In tal modo il genere *Papuaistus* viene a ravvicinarsi di molto al genere *Anostostoma*, tanto più poi quando si osservi, come vedremo, che nella seconda specie che ora descrivero i femori posteriori sono superiormente alquanto scabri. Pertanto, a tutto rigore, esso potrebbe ridursi ad essere un semplice sottogenere papuano del gen. *Anostostoma*.

Le due specie possono così distinguersi:

- A) Femora postica subtus inermia, superne lævigata; femora antica lobis genicularibus ambobus muticis, intermedia et postica lobo geniculari interno solo spinula armato. Tibiæ posticæ superne utrinque spinis 9; tibiæ 4 anticæ rufo-castaneæ, posticæ rufo-testaceæ imo geniculo atro-castaneo. Pronotum totum castaneum. Caput in ♂ quam in ♀ sensim robustius. Ovipositor ♀ rigidus, femore antico parum longior ... — *P. Schultzzi* GRIF.
- A.A) Femora postica subtus in utroque margine spinulosa, præcipue margine interno et apicem versus, superne scabriuscula; femora antica lobo geniculari externo solo mutico, lobo interno spinula subapicali armato; femora intermedia et postica lobis genicularibus ambobus spinula præditis. Tibiæ posticæ superne margine interno spinis 9—11, margine externo spinis 11—14; tibiæ omnes dimidio vel tertio basali castaneo, cæterum pallide flavidæ. Pronotum castaneum, lobis lateralibus inferius macula antica et macula postica colore testaceo ornatis. Caput in utroque sexu æqualiter evolutum. Ovipositor ♀ parum rigidus, angustus, femore antico multo longior — — — — — *P. Birói* n. sp.

### *Papuaistus Birói* n. sp.

♂ ♀. Corpus statura modica, sat maiore, nitidum, pedibus elongatis, capite et pedibus in ♂ haud plus quam in ♀ evolutis. Color superne saturate castaneus, subtus in testaceum vergens; frons antierius vitta verticali media et utrinque macula sub-antennali colore flavo-testaceo ornata; lobi laterales pronoti ad marginem inferum macula antica et

macula postica minori colore flavo-testaceo ornati; segmenta abdominalia dorsalia basi pallidiora, apice atro-castanea ibique testaceo guttulata. Femora postica subtus spinulosa, supra scabriuscula. Femora omnia a supero visa basi pallide flavido-testacea, dein magis magisque castanea, apice distincte pallide flavido-eburnea. Tibiæ omnes a latere visæ dimidio vel tertio basali castaneo, cæterum pallide flavido-eburneæ.

Nova Guinea: Sattelberg, Huon Golf.

Typi a me visi, omnes a D<sup>r</sup> L. BIRÓ, annis 1898—1899 collecti, et nunc exsiccati in Musæo Nationali Hungarico:

*A*: ♂ maior, robustus, coloribus et picturis valde definitis nitidisque, femoribus posticis subtus in utroque margine plurispinulosis, seu margine externo 6-spinuloso, margine interno 5-spinuloso, superne distincte scabriusculis.

*B*: ♂ minor sed verisimiliter adultus, coloribus et picturis parum minus definitis et nitidis, femoribus posticis subtus in utroque margine 4—5 spinulosis, spinulis parvis, superne parum scabriusculis, femore antico dextro solo lobis genicularibus ambobus muticis.

*C, D*: 2 ♀ omnino inter se similes, statura sat maiore, coloribus et picturis circiter ut in ♂ *B*, femoribus posticis subtus apicem versus in utroque margine 1—3 spinulosis, superne parum scabriusculis.

Nota: ♂ *A* et ♀ *C* abdomine contracto; ♂ *B* abdomine extenso; ♀ *D* abdomine modice extenso:

|                     | ♂ <i>A</i> | ♂ <i>B</i> | ♀ <i>C</i> | ♀ <i>D</i> |
|---------------------|------------|------------|------------|------------|
| Long. corporis      | 30         | 24·6       | 28         | 31         |
| “ pronoti           | 10·9       | 8          | 10·5       | 10·8       |
| “ femor. anticorum  | 12·2       | 8·1        | 11·1       | 11·8       |
| “ femor. posticorum | 32         | 21·2       | 30·4       | 29         |
| “ tib. posticarum   | 30·6       | 20·1       | 28·5       | 27·5       |
| “ ovipositoris      | —          | —          | 15·5       | 16         |

Corpus, a latere visum, facie fere *Penalvae lateralis* WALK. (= *Trihoplophora abnormis* BRUNNER 1888, Monogr., tab. VI, fig. 13), nitidum, robustum, in ♂ quam in ♀ haud robustius.

Caput in utroque sexu æqualiter evolutum, ovoideum, pronoto haud latius. Occiput cum vertice toto rotundatum; fastigium verticis minus rotundatum, anterius depressiusculum, non manifeste sulcatum, latitudinem primi articuli antennarum sensim sed parum superans, hujus latitudinem 1½ ægre attingens, inferius angustatum, cum fastigio frontis anguste contiguum; fastigium frontis angustum, parum minus prominulum, verticaliter oblongum; oculi et organa buccalia ut in *P. Schultzei*.

Color capitis saturate castaneus, nitidus, flavo-testaceo varius, seu fronte vitta verticali media flavo-testacea prædita, modice lata, a summitate fastigii usque ad clypeum et per medium clypei usque ad hujus apicem continuata, atque in clypeo dilatata, necnon macula latiori et breviori verticali sub utraque antenna, eodem colore flavo-testaceo, ornata. Latera clypei saltem basi castanea. Labrum subtotum testaceum, tantum basi utrinque et incerte in medio anguste castaneo maculatum vel punctatum. Palpi pallide flavicantes. Mandibulæ partim rufo-castaneæ. Genæ ad marginem posticum oculorum interdum rufo-castaneæ. Maculæ ocellares verticis distinctissimæ, laterales, subrotundæ, pallide flavæ; macula ocellaris frontalis adest sed cum vitta verticali media frontis eiusdem coloris confusa. Fastigium verticis extra maculas ocellares sæpe anterius maculas duas angustas flavo-testaceas subverticales, superne divergentes, præbet. Antennæ rufo-testaceæ, articulis 2 primis anterius partim castaneis.

Pronotum ut in *P. Schultzei* confectum sed in utroque sexu æqualiter evolutum, marginibus antico et postico subrotundatis. Lobi laterales rotundato-subtrapetioidei, cæterum ut in illa specie confecti.

Color pronoti castaneus, interdum superne ad medium vel ad latera lineæ mediæ dorsalis rufescens. Lobi laterales castanei sed ad marginem inferum macula antica (in angulo antico) sat magna, irregulariter ovali, flavido-testacea ornati, et macula postica (apud angulum posticum) angustiori, magis irregulari et minus nitida, testacea, præditi; raro his 2 maculis a colore incerto rufo-testaceo coniunctis.

Mesonotum et metanotum superficie laterali plus minusve inæquali, castanea, superne segmentis abdominalibus dorsalibus similia, transversa, marginibus lateralibus inferis rotundatis.

Sterna notis genericis prædita, testacea.

Pedes notis genericis præditi, ut in *P. Schultzei* confecti, sed femoribus anticis lobo geniculari externo solo inermi, lobo interno spinula subapicali armato (excepto femore dextro solo in ♂ *B* lobis ambobus inermibus), femoribus intermediis et posticis lobo geniculari externo spinula subapicali, lobo interno spina apicali præditis. Femora postica supra leviter scabriuscula, in speciminibus majoribus magis granulosa, subtus utroque margine spinuloso, seu spinulis 1—6 (sæpius 3 in dimidio apicali utriusque marginis) armata, spinulis apicem versus sitis in margine interno fortioribus.

Femora omnia superne basi testacea, dein magis magisque rufo-castanea et castanea usque ante apicem; parte apicali nitide flavido-eburnea præcipue in femoribus posticis evoluta ubi in speciminibus majoribus longitudinem 6 mm. attingit, a colore castaneo præcedente

valde distincta et separata. Femora antica et intermedia a latere visa basi testacea, hoc colore superne longius quam inferius evoluto, parte apicali et margine infero subtoto castaneis, his coloribus haud inter se perfecte separatis. Femora postica a latere visa rufo-testacea et rufo-castanea, versus apicem magis castanea sed hoc colore longiuscule ante apicem truncato, ibique a colore apicali flavido-eburneo suppleto; lobi geniculares tamen castanei et interdum etiam margo inferus rufo-castaneus cum colore loborum coniunctus.

Tibiæ 4 anticæ parte dimidia vel tertia basali castanea, cæterum flavido-eburneæ, his coloribus haud recte et perfecte inter se separatis. Summa basis genicularis interdum brevissime pallida; color castaneus magis secundum latus internum tibiæ anticarum extensus. Spinæ harum 4 tibiæ testaceæ, apice fuscæ.

Tibiæ posticæ basi castaneæ, hoc colore versus medium et ultra extenso sed gradatim dilutiore, secundum marginem inferum plus quam superne extenso, parte apicali flavida et flavido-eburnea, his coloribus haud recte nec perfecte inter se separatis. Spinæ harum tibiæ superne secundum marginem externum 11—14, secundum marginem internum 9—11, in specimine maiore A superne, excepta basi pallida, fuscæ, inferius fuscæ et basi subtus fusco cincta, in reliquis speciminibus fuscæ basi pallidæ vel testaceæ apice fuscæ. Margo inferus tibiæ posticarum spinula unica post medium sita extusque versa præditus.

Calcaria apicalia tibiæ posticarum inferius 4 (utrinque 2), subæqualia, internum ultimi paris leviter maius; latera apicis harum tibiæ sensim prominula calcar rotundatum utrinque simulant. Calcaria apicalia superne 4 (utrinque 2), longiora quam infera, internum ultimi paris longissimum (mm. 5—5.5 in speciminibus majoribus). Color calcarium cum colore spinarum congruit.

Tarsi omnes pallide flavidi. Metatarsus posticus tantum longitudinem mm. 2.8 attingit.

Abdomen subtus rufo-testaceum vel testaceum, latere rufo-castaneum, superne saturate castaneum. Basis segmentorum dorsalium plus minusve pallidior, apex fere atrocastaneus sed flavido-testaceo guttulatus, guttulis transverse in seriem unicam alineatis, regulariter positis. Guttulæ unius segmenti ut guttulæ segmentorum proximorum sunt dispositæ, ideoque cum illis longitudinaliter alineatæ.

Genitalia ♂ ut in *P. Schultzei*. Lamina supraanalis deflexa subtriangularis apice rotundata. Styli laminæ subgenitalis videntur (in exsiccatis) compressiusculi.

Genitalia ♀ ut in *P. Schultzei*. Ovipositor rufo-castaneus nitidus, parum incurvus, femore antico multo longior, totus subæque angustus,

valvulis superioribus latitudine mm. 1, valvulis inferis latitudine mm. 0·5, parum rigidus, modice compressus, valvulis superioribus valvulas inferas apice superantibus apiceque subacutis.

Subfam. RHAPHUDOPHORINAE.

Gen. RHAPHIDOPHORA SERVILLE.

*Rhaphidophora Kuthyi* n. sp.

♂. ♀. In sectionem 1·1, 2, Monographiæ Brunneri apud Rh. nigerimam locanda. Species propter femora postica subtus utrinque multispinulosa optime inter congeneres distinguenda.

Corpus statura modica, sat agile, superne brunneum, brunneo-piceum vel brunneo-testaceum, fere opacum, tamen sub quadam luce præcipue pronoto sensim subsericeo nitente, subtus obscure testaceum. Capite sat magno; pedibus agilibus, 4 anticis obscure testaceis, femoribus apice infuscatis, posticis femoribus fusco et obscure testaceo variis; spina geniculari unica interna femorum anticorum et spinis utriusque lobi genicularis femorum intermediorum longis; femoribus posticis subtus in utroque margine spinis 7—10; tibiis intermediis superne spinis utrinque 3 longiusculis; metatarsis posticis superne excepta spina apicali 1- 3 spinulosis et pilosulis.

Nova Guinea: Simbang, Huon Golf.

Specimina a me visa, omnia a D<sup>r</sup> L. BIRÓ, anno 1899 collecta, et nunc exsiccata in Musæo Nationali Hungarico:

*A, B*: 2 ♂. Typi: Segmentum abdominale dorsale VI minime vel parum productum, rotundato-truncatum; segmentum VII posterius productum, parte producta basi late triangulari, apice latiuscule spathulata, margine apicali fere truncato, angulis apicalibus extus acutiusculis sed minime prominulis; lamina subgenitalis stylis maiusculis compressis prædita.

*C*: ♂ *var.* (forsan immaturus): Segmentum abdominale dorsale VI ut in typis; segmentum VII posterius productum, parte producta breviuscula et latiuscula subquadrata, basi tamen sensim latiori, lateribus et margine apicali levissime subconcavis, angulis apicalibus perparum acutis; lamina subgenitalis stylis ut in typis.

*D*: ♂ *var.* (forsan difformis): Segmentum abdominale dorsale VI productum, margine postico latissime et breviter subtriangulari, vertice brevi sed acutiusculo; segmentum VII ut in typis, angulis

apicalibus spathulæ acutioribus, fere spinuliformibus, magisque posterius versis; lamina subgenitalis stylis ut in typis.

*E*: ♀ *Typus*: Ovipositor valde compressus, valde latus, parum incurvus, valvulis inferis apice subtus serrulatis; lamina subgenitalis triangularis vertice acuto.

*F*: ♀ *var.* (forsan immatura): Ovipositor ut in typo sed valvulis inferis apice non serrulatis; lamina subgenitalis vertice non acuto.

*G*: larva ♀ omnino immatura.

**Nota:** ♂ *A*, ♂ *C* et ♀ *F* abdomine præcipue contracto; ♂ *D* et ♀ *E* abdomine præcipue extenso.

#### Mares.

|                            | <i>A</i> | <i>B</i> | <i>C</i> | <i>D</i> |
|----------------------------|----------|----------|----------|----------|
| Long. corporis _ _ _ _ mm. | 25.3     | 25.5     | 21.2     | 27       |
| “ pronoti _ _ _ _ “        | 9        | 8.2      | 7.9      | 8.8      |
| • fem. anticorum _ _ “     | 12.5     | 11       | 9.3      | 12       |
| “ fem. posticorum _ _ “    | 24.8     | 22       | 20       | 24       |
| “ tib. posticarum _ _ _ “  | 23.8     | 20       | 18       | 22.2     |

#### Feminae.

|                              | <i>E</i> | <i>F</i> |
|------------------------------|----------|----------|
| Longit. corporis _ _ _ _ mm. | 29       | 21       |
| “ pronoti _ _ _ _ “          | 9.1      | 8        |
| “ fem. anticorum _ _ _ _ “   | 12.6     | 10       |
| “ “ posticorum _ _ _ _ “     | 26       | 21       |
| • tib. posticarum _ _ _ _ “  | 23.6     | 19       |
| “ ovipositoris _ _ _ _ “     | 15       | 13.5     |

Caput sat magnum, ovoideum, superne fuscum et minus nitidum, facie magis nitida et secundum specimina vel rufo-castanea in medio verticaliter magis castanea, vel testacea in medio late castanea ibique verticaliter testaceo bilineata aut quadrilineata, vel tota testacea, vel testacea in medio verticaliter et partim sub utraque antenna castaneo picta. Sub utroque oculo et cum oculo ipso contigua interdum macula irregularis fusca adest. Organa buccalia fusco et testaceo incerte irregulariterque varia. Palpi pallidi, longi. Macula ocellaris fastigii frontis angustissima flavida incerta interdum conspicitur. Antennæ basi testaceæ, articulo primo fusco umbrato, dein rufo-testaceæ. Oculi depressiusculi. Vertex cum fastigio notis genericis præditus.

Pronotum antice parum angustatum, margine antico rotundato, postico minus rotundato; lobis deflexis sat altis, antice quam postice

sensim altioribus, margine infero sat rotundato supra coxas anticæ interdum levissime sinuato.

Pronotum, mesonotum et metanotum hic illic pubescentia rara adpressa, sub lente præcipue in lobis lateralibus visenda, sunt prædita. Color horum segmentorum, ut segmentorum abdominalium dorsalium, brunneus, brunneo-testaceus vel brunneo-piceus, incerte nebulosus, præcipue ad latera interdum testaceo tinctus.

Pedes 4 anticæ agiles, obscure testacei, femoribus ad geniculum magis infuscatis. Femora antica et intermedia subtus inermia; spina genicularis interna unica femorum anticorum et spina utriusque lobi genicularis femorum intermediorum longiusculæ (circiter mm. 2—2.5). Tibiæ anticæ subtus margine externo 4-spinuloso, margine interno 2—3 spinuloso. Tibiæ intermediæ superne in utroque margine 3-spinulosæ, subtus margine externo 3—4 spinuloso, margine interno 2—3 spinuloso.

Femora postica basi crassa, apice sat longe modiceque attenuata, geniculo utrinque spinula armato (spinula externa breviori), subtus in utroque margine plurispinulosa, spinulis utriusque marginis apice fuscis persæpe 7—8, raro 9, rarissime 6 vel 10. Color horum femorum testaceo et fusco varius, marmoratus, basi magis testaceus, striolis obliquis alternatim infuscatis et testaceis, apicem versus magis fuscus, latere fusco-testaceus maculis indefinitis testaceis, carina infera interdum alternatim fusco et testaceo umbrata; genicula fusca; annulus pre-genicularis testaceus incertissimus interdum conspicitur.

Tibiæ posticæ obscure testaceæ, superne spinis utrinque circiter 20 armatæ subæqualibus, basalibus parum minoribus, sequentibus interdum incerte alternatim parum longioribus et brevioribus, subtus inermes. Calcar apicale internum superum harum tibiarum metatarso parum longius (circiter 5 mm. longum).

Tarsi omnes obscure testacei. Metatarsus posticus superne spinulis 1—3 armatus, excepta spina apicali.

Genitalia jam supra descripta. Appendix segmenti VII in typis ♂ circiter mm. 2—2.5 longa, apice mm. 1.7 lata, ad medium plus minusve constricta, ideoque basi fere late triangularis, apice fere obtriangularis. Hæc appendix in specimine B circiter mm. 1 longa et lata. Styli lamina subgenitalis omnium ♂ oblongi, compressi, basi breviter pedunculati, majusculi, circiter mm. 3.2 longi. Cerci utriusque sexus longitudine mm. 9.5—11.5. Ovipositor ♀ latitudine mm. 2.6—2.8.

Mi procuro il piacere di dedicare questa distinta specie al Sigr. DESID. KUTHY, entomologo accurato, conservatore alla sezione zoologica del Museo Nazionale Ungherese.

La *Rh. Kuthyi*, come già sopra indicai, va collocata presso alla *Rh. nigerrima* BRUNNER. Essa si distingue da questa, come pure da tutte le congeneri, per avere numerose spine oltre che sul margine inferiore interno anche sul margine inferiore esterno dei femori posteriori.

Della *Rh. nigerrima* ho fatto conoscere la ♀ in un mio lavoro del 1908;<sup>1</sup> questa ♀, appartenente al Museo Civico di Storia Naturale di Genova, ha il margine inferiore interno dei femori posteriori dotato di 6—7 spine e il margine inferiore esterno inerme.

**Anomalia.** — La ♀ *E*, tipo della *Rh. Kuthyi*, presenta una di quelle anomalie di cui già feci conoscere parecchi casi e che si interpretano come dovute a rigenerazione di zampe. Veggansi dei casi da me descritti fino al 1910 i riassunti contenuti in un mio recente lavoro<sup>2</sup> ed altri ancora successivamente pubblicati.<sup>3</sup>

La ♀ ora in discorso presenta la *zampa media sinistra* molto ridotta ed anomala. Paragonando le dimensioni di questa con quelle della corrispondente *zampa media destra* normale, si hanno i seguenti risultati :

|                               | <i>destra</i><br>(normale) | <i>sinistra</i><br>(anomala) |
|-------------------------------|----------------------------|------------------------------|
| Lungh. del femore _ _ _ _ mm. | 12·3                       | 4·7                          |
| “ della tibia _ _ _ _ “       | 12·2                       | 3·5                          |
| “ dei tarsi _ _ _ _ “         | 8                          | 2·5                          |

L'anca e il trocantere sono normali. Il femore è subcilindrico non solcato inferiormente, un po'irregolare, alquanto ondulato e superiormente alquanto corrugato in senso trasversale; esso non ha spine genicolari. La tibia è subcilindrica, ancor più irregolare, alquanto ondulata e come nodulosa, priva di spine e con solo due piccole punte ottuse apicali inferiormente, una per parte. I tarsi presentano i 4 articoli distinguibili, non compressi, grossetti, di cui il primo lungo quanto i due seguenti insieme uniti e l'ultimo lungo un po' più del primo, terminato da due brevi uncini.

<sup>1</sup> A. GRIFFINI: Sopra alc. Stenopelmatidi e sopra alc. Mecopodidi malesi ed austro-malesi: Atti Soc. Ital. Scienze Natur. Milano, Vol. XLVI. 1908. pag. 272.

<sup>2</sup> A. GRIFFINI: La rigeneraz. delle zampe negli Ortotteri saltatori; Giornale «Natura», Milano, Vol. II. 1911.

<sup>3</sup> A. GRIFFINI: Studi sui Grillacridi del Mus. Civ. di Storia nat. di Genova; Annali Mus. Civ. Genova ser. 3. Vol. V (XLV). 1911, pag. 128. — Id. Id. Studi sui Grillacridi del K. Zool. Mus. di Berlino; Atti Soc. Ital. Sc. Nat. Milano, vol. L, 1911, pag. 207. — Id. Id. Il gen. *Spizaphilus* Kirby e le sue specie; Ibidem, Milano 1911.

*Rhaphidophora* sp. indeterminata.

Un ♂ piccolo: Nova Guinea, Montes Oertzen: BIRÓ, 1897.

È probabilmente immaturo. Le spine geniculari dei suoi femori medi sono lunghe; i suoi femori posteriori hanno inferiormente delle piccole spine su entrambi i margini, e precisamente 2 sul margine esterno e 5 sull'interno; per questi caratteri l'esemplare si avvicina alla *Rh. Kuthyi*; anche gli stili della sua lamina sottogenitale corrispondono a quelli della *Rh. Kuthyi*. Il sesto segmento addominale dorsale non è proteso; il VII è proteso ma brevemente, con prominenza, quasi rettangolare, piuttosto corta e larghetta, troncata all'apice.

*Rhaphidophora* sp. indeterminata.

Un ♂ piccolo: Nova Guinea, Simbang, Huon Golf, BIRÓ, 1899.

Si avvicina ad altra specie papuana da me lasciata indeterminata ed indicata come sp. *B* nella citata nota sui Grillacridi e Stenopelmattidi raccolti da SCHULTZE (Giornale «Redia», Firenze, Vol. VII, fasc. 2, 1911, pag. 346). Non ha alcun segmento addominale proteso; ha i femori posteriori piuttosto tozzi, brevemente attenuati all'apice, e dotati di una unica spina sul margine inferiore interno (anzi al femore destro manca anche questa).

L'esemplare è forse immaturo ed è in cattive condizioni di conservazione, quindi non può essere oggetto di uno studio importante.

*Rhaphidophora papua* BRANCS.

♂. *Rhaphidophora papua* BRANCSIK 1897, Series Orthopt. novorum; Jahresh. Naturw. Ver. Trencsin, Vol. 19-20, pag. 84-85, tab. III, fig. 23.

Di questa specie, rimasta fin qui incerta e sconosciuta agli altri autori, dimenticata persino dal KIRBY nel suo Catalogo, era noto finora il solo ♂ tipo di BRANCSIK, proveniente dalla Nuova Guinea e propriamente da Friedrich-Wilhelmshafen.

Vi posso ora riferire 7 ♂, 4 ♀ e 1 larva ♀, appartenenti al Museo di Budapest, conservati a secco, e tutti stati raccolti in varie località della Nuova Guinea dal Sigr. L. BIRÓ negli anni 1897-1901.

Ecco le provenienze dei vari esemplari:

A. ♂: Seleu, Berlinhafen.

B. ♂: Montes Oertzen.

C. ♂: Stephansort, Astrolabe Bai.

- D*, ♂: Montes Oertzen.  
*E*, ♂: Simbang, Huon Golf.  
*F*, ♂: Simbang, Huon Golf.  
*G*, ♂: Sattelberg, Huon Golf.  
*H*, ♀: Stephansort, Astrolabe Bai.  
*I*, ♀: Montes Oertzen.  
*L*, ♀: Tamara, Berlinhafen.  
*M*, ♀: Simbang, Huon Golf.  
*N*, larva ♀: Montes Oertzen.

Ho disposto gli esemplari in serie nel modo sopra detto seguendo certe variazioni dei caratteri sessuali secondari di cui parlerò in seguito.

Si noti che il ♂ *D* è considerevolmente più grande degli altri, che le ♀ *L* ed *M* sono forse immature, che il ♂ *G* e la ♀ *L* hanno l'addome maggiormente contratto mentre il ♂ *G* ha l'addome maggiormente esteso.

Ne dò ora le principali dimensioni, che concordano bene con quelle del tipo di BRANCSIK:

#### Mares.

|                        | <i>A</i> | <i>B</i> | <i>C</i> | <i>D</i> | <i>E</i> | <i>F</i> | <i>G</i> |
|------------------------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|
| corpus _ _ _ _ mm.     | 30.5     | 29       | 25       | 36       | 33.6     | 32       | 31       |
| pronotum _ _ _ _ "     | 10.5     | 9.8      | 9.4      | 11.6     | 11       | 10.4     | 9.1      |
| fem. antic. _ _ _ _ "  | 13.7     | 12.7     | 12.8     | 15.5     | 14.8     | 14       | 12       |
| fem. postic. _ _ _ _ " | 28       | 26       | 25.9     | 32       | 29.8     | 28.5     | 24.2     |
| tib. postic. _ _ _ _ " | 27       | 24.5     | 24.9     | 31       | 27       | 27.9     | 22.6     |

#### Feminae.

|                        | <i>H</i> | <i>I</i> | <i>L</i> | <i>M</i> |
|------------------------|----------|----------|----------|----------|
| corpus _ _ _ _ mm.     | 31       | 31       | 25       | 28.6     |
| pronotum _ _ _ _ "     | 10       | 10.2     | 9        | 10       |
| fem. antic. _ _ _ _ "  | 13       | 14       | 11.3     | 12.9     |
| fem. postic. _ _ _ _ " | 29.5     | 29.5     | 24.9     | 27.5     |
| tib. postic. _ _ _ _ " | 28       | 28       | 23.2     | 25       |
| ovipositor _ _ _ _ "   | 15.5     | 16.7     | 16.2     | 19       |

Passo ora ai caratteri della specie:

Corpus robustum, fusco-fuliginosum opacum, ventre et pedibus luride ferrugineo-testaceis vel partim fusco-testaceis.

Caput parvulum, deflexum, superne opacum sed parte antica et infera genarum, dimidio infero frontis, clypeo organisque buccalibus distincte nitidis, concoloribus, castaneis vel fuscis; palpis antennisque

fusco-ferrugineis; ocello in fastigio frontis angusto, flavo. Oculi sat convexi et prominuli. Vertex cum fastigio notis genericis præditus.

Pronotum antice angustatum, marginibus antico et postico sat rotundatis; lobi laterales margine infero sat rotundato, antice haud quam postice altiores vel antice distincte minus alti.

Pronotum, mesonotum et metanotum ante marginem posticum carinulam transversam obtusiusculam (in figura BRANCSIKI umbra delineatam) toto margini postico parallelam, haud argutam tamen distinctam, hanc speciem primo intuitu distinguentem, præbent.

Spina genicularis interna unica femorum anticorum et spinæ 2 geniculares femorum intermediorum breves, longitudinem 1 mm. non superantes. Femora antica et intermedia subtus inermia. Femora postica basi crassa, apice sat longe modiceque attenuata, lobo geniculari interno solo spinula armato, margine infero externo inermi, margine infero interno spinulis 0—4 armato. Tibiæ anticæ subtus utrinque 3-spinulosæ; tibiæ intermediæ superne in utroque margine 2-spinulosæ, subtus margine externo 3—4 spinuloso, margine interno 2—3 spinuloso. Tibiæ posticæ superne plurispinulosæ, spinulis gradatim basim versus minoribus, basalibus minimis. Calcar apicale internum superum tibiæ posticarum metatarso longius, circiter mm. 5 longum. Metatarsus posticus superne spinulis 1—2 armatus, excepta spina apicali; rarissime (specimen *F*) inermis.

*Mares typici* (*A*, *B*, *C*): Segmentum abdominale dorsale VI posterius in prominentiam breviusculam angustam vel angustiusculam productum, apice rotundatam (a BRANCSIK haud perfecte delineatum); segmentum VII posterius in processum longitudinaliter subrectangularem, apice truncatum, plus minusve declivem, attenuatum (a BRANCSIK sat bene delineatum, tamen sine lineola media in ejus figura visenda), circiter mm. 2.5 longum, mm. 1.5 latum. Segmenta VIII et IX brevissima. Lamina supraanalis deflexa, depresso-concava, ovato-subcordata, apice angustiusculo. Cerci longitudine modica (circiter mm. 7—7.5). Lamina subgenitalis fulva, convexa, stylis modicis fere tæretibus instructa.

*Mares D* et *E* prominentiam segmenti VI brevioram et subrotundatam præbent; cæterum cum typis congruentes. In *E* appendix segmenti VII parum magis angusta magisque apice rotundata.

*Mas F*: metatarsis posticis excepta spina apicali inermibus distinctus, prominentiam segmenti VI fere nullam præbet, appendicem segmenti VII ut in *E*.

*Mas G*: segmentum VI prominentia ferre nulla, margine postico rotundato; segmentum VII in appendicem brevem subquadratam productum. (Immatursus?)

*Foeminae typicae* (H. L): Segmentum abdominale dorsale VII posterius breviter leviterque angulosum. Cerci ut in ♂, exiles, longitudine mm. 7.5—8. Ovipositor compressus, ferrugineus nitidus, ensiformis, parum incurvus, sat latus (mm. 2.5), valvulis æqualiter longis, apice sat acutis, inferioribus apice inferius breviter serratis. Lamina subgenitalis obtuse subtriangularis.

Foeminae L, M forsàn immaturæ, ovipositorem præbent valvulis inferis integris, seu apice inferius haud serratis; cæterum cum typicis congruentes.

Dall' esame di questi esemplari sembrano risultare evidente che nel genere *Rhaphidophora* parecchie specie, se non anche tutte, possono presentare notevoli variazioni individuali, non solo per quanto riguarda la statura, ma ancora per quanto si riferisce a caratteri ritenuti diagnosticamente importanti quali l'armatura dei metatarsi posteriori e la struttura delle appendici annesse agli ultimi segmenti addominali (organi sessuali secondari). La variazione però che si osserva negli organi sessuali secondari ora nominati credo vada attribuita generalmente alla immaturità maggiore o minore degli individui studiati.